



**Tractatvs De Præventionē Ivdiciali [!], Sev De
Contentione Ivrisdictionvm**

Tonduti, Pierre François de

Lvgdvni, M.DC.LXXIII.

Capvt XL. Quando reus in ius vocatus fuit contumax coram primo iudice,
vtrum purgata contumacia, & reffectis expensis, possit oponere
exceptionem præuentionis coram secundo. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98370](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98370)

delicto inquirunt, unus debet remittere cognitionem ad alium, quando non constat de prauentione; nam tunc ille qui prauenit est potior. Deinde subiungit Bald. Breuiter dico quod sic. Alias se impediunt. Vnde debet esse cautus, quod non opponat exceptionem prauentionis, sed opponat exceptionem apud eundem iudicem faciendae remissionis. Quod si non opponit, sibi imputet, quia processus tenet; & hoc dicit colligi ex notatis per Innocent. in c. cum M. Ferrariensis de consti. Hec dicta Baldi in hunc sensum capienda ex ultimo post. Felin. in dicto c. cum M. Ferrariensis, num. 25. vers. Et de predictis verbis Innocentij. Videlicet, quod quando reus coram alio iudice pro eadem causa citatus, ignorat, vel dubitat quis ex duobus iudicibus prauenerit, non debet opponere de prauentione, quia forsitan illam probare non posset, & ita frustra iudicem offenderet, cuius iurisdictionem inutiliter declinat. Sed non negat Baldus, quin si constaret de prauentione, posset illius exceptio ante litem contestatam proponi, ut tenet idem Bald. in Authent. sed non iure C. de seruis fugi. num. 9. vers. Sed pone quod in ciuitate. Perusij. dicens quod si non opponatur de prauentione ante litem contestatam, tenebit processus vtriusque iudicis. Quod etiam idem tradit in l. peremptorias, in fine, C. sententiam rescindi non posse. Quando igitur non constat de prauentione, reus non debet de illa excipere, sed debet uti his vel similibus verbis. Causa ista super eadem re, pendet coram alio iudice coram quo fui vocatus. Ego non debeo pro eadem re litigare coram diuersis iudicibus, hoc enim mihi damnosum, & laboriosum esset. Et si quis hac de causa appellaret a iudice hanc exceptionem non admittente, legitima esset appellatio. l. 2. ff. de quib. reb. ad eund. iudic. eatur. Et probatur per text. in l. si pariter, 9. ff. de liber. caus. Ita docet Innocent. in dicto cap. cum M. Ferrariensis, num. 12. de constitutionibus.

¶ Ex quibus, quatuor illationes colligit Felin. loco citato. Prima est, quod nihil debet dici de prauentione, si de ea non constat, sed solum opponendum est, quod citatus non tenetur pro eadem re, coram duobus iudicibus diuersis litigare. Quia non debet ostendere inclinationem ad vnum potius iudicem quam ad alium, si non sit omnimodo certus de prauentione. ¶ Secunda, quod reus debet esse cautus, ut opponat hanc exceptionem, siue prauentionis, siue remissionis causae ante litem contestatam. Nam postea non admitteretur illam opponens. ¶ Tertia illatio est. Ut non debeat exceptio incompetentiae iudicis hoc casu proponi, male enim opponeretur, cum ambo iudices sint competentes. Prauentio siquidem non tollit impotentiam, sed illam dumtaxat elidit: secundum Angel. in leg. si quis posteaquam 7. ff. de iudic. num. 1. Vbi dicit quod Aduocatus debet esse cautus in forma excipiendi, ut non excipiat de incompetentia iudicis, quia exciperet ineptè, cum sit competens; nec debet petere se remitti ad primum iudicem, quia exciperet ineptè hoc etiam casum, cum non habeat priuilegium fori, vnde succumbet propter ineptitudinem; sed debet simpliciter obicere contra processum secundi iudicis, allegando quod eius iurisdicção est prauenta propter iurisdictionem alterius praeambulam. Quod intellige, ut verum sit, quando certa est prauentio, si enim illa dubia est, debet solum dicere se non tene-ri coram diuersis iudicibus pro eadem re litigare, cum duplici expensa & incommodo, ut dictum est.

¶ Quarta illatio est, quod sicut non sufficit de prauentione tractare coram iudice praueniente; sed

prauentionis exceptio debet omnino opponi coram secundo iudice seu prauento, alioquin secundus iste iudex quantumvis prauentus, in contumaciam citati & non comparentis, seu ipso comparente & prauentionis exceptionem non opponente, procederet ad vltiora in causa, & eius processus esset validus & legitimus, ut alias saepe diximus. Ita & e conuerso, si citatus non compareat coram primo iudice praueniente; sed fuerit contumax in iudicio iam cepto & prauento, & postea conueniatur coram secundo iudice, non poterit coram isto secundo dicere & opponere quod causa est prauenta coram primo: quod notandum, ex Bartol. in l. sepulchri. vers. circa primum est videndum, ff. de sepulch. violato. Felin. in cap. ex tenore 16. num. 15. de rescriptis.

Sed vtrum saltem purgata contumacia coram primo, citatus possit audiri excipiens de prauentione coram secundo iudice, maior est dubitatio quae sequenti capite resoluenda erit.

CAPVT XL.

ARGVMENTVM.

Quando reus in ius vocatus fuit contumax coram primo iudice, vtrum purgata contumacia, & resectis expensis, possit opponere exceptionem prauentionis coram secundo. Et quae sit hac in re differentia inter citationem executioni demandatam, vel solum decretum de citando factum per iudicem ordinarium, vel delegatum. Vtrum per monitorium iudicis, oriatur prauentio, & quae hoc casu ad effectum prauentionis interuenire debeant. Relatio nunciij citantis, vel monitorium exequentis, quomodo concipienda sit. Et vtrum post obtentum monitorium, non tamen executioni demandatum, possit alius iudex adiri, & quid in actore.

SUMMARIVM.

- 1 Reus purgata contumacia primi iudicij, audiendum esse coram secundo iudice in exceptione prauentionis, ex multorum sententia; sed alij distinctione videntur: vide resolutionem, num. 15. & sequentibus; & num. 20.
- 2 Exceptio prauentionis, non oritur nisi citatio fuerit in actis reproducta, & accusata contumacia.
- 3 Ad effectum perpetuandae iurisdictionis, sufficit decretum de citando, non tamen ad effectum prauentionis, & quae sit in hoc differentia.
- 4 In actibus voluntaria iurisdictionis sufficit sola interpellatio, etiam extrajudicialis, ad inducendam prauentionem.
- 5 Gratiani locus discept. Forens. cap. 639. n. 1. expli-catur.
- 6 Quando actor est contumax, & citatio fuit circumducta, nulla est prauentio, nec litis pendencia, & num. 9.
- 7 Reus citatus, si non compareat in termino, debet a iudice aliquantulum expectari, sed non actor.

8 Quando

- 8 Quando reus est contumax, & accusata illius contumacia, & reproducta citatio, statim causa est præuentæ, nec querendum est, quoad effectum præuentionis, utrum possit purgare moram.
- 9 Actoris maior est contumacia, quam rei.
- 10 Quando actor est contumax, reus iure potest petere se à citatione eximi, & relaxari.
- 11 Actor contumax utrum possit purgare contumaciam sicut reus purgare illam potest.
- 12 Iusta causa non comparendi, excusat quidem à contumaciâ, sed non à termini circumscriptione.
- 13 Quando neutra partium comparuit in termino citationis, perinde est, ac si nulla citatio emanasset.
- 14 Reus contumax audiri debet ex persona Iudicis purgatâ contumaciâ, & allegare præuentionem.
- 15 Virum reus ex se solo, absque interesse Iudicis qui præuenit, possit audiri purgatâ contumaciâ ad opponendam præuentionis exceptionem.
- 16 Per additionem Iudicis præuenientis, ius illi quæsitum est, ideo in eius præiudicium alius Iudex adiri non potest.
- 17 Bartoli contrarietas notatur in hac materiâ admittendi purgationem contumaciæ, ad effectum opponendi præuentionem.
- 18 Qui impetrat duo diuersa rescripta pro eadem causa ad duos diuersos Iudices, amittit commodum utriusque.
- 19 Limitatur, nisi citatus vigore secundi rescripti, fuerit contumax.
- 20 Contumacem reum purgatâ contumaciâ audiendum esse, si coram secundo Iudice opponat de præuentione, ex priori sententia.
- 21 Multo facilius admittendum est reus ad allegandam coram secundo Iudice præuentionem purgatâ contumaciâ coram primo, coram quo non comparuerat, si ex tali contumaciâ ius partis non est factum deterius.
- 22 Omnes contumaciæ effectus cessant, postquam illa fuit purgata.
- 23 Qui comparuit coram Iudice cum protectione de non prorogando eius iurisdictionem, & citra consensum indebitum, similis est contumaciæ, ad effectum ut non possit opponere de præuentione illius Iudicis coram alio secundo Iudice.
- 24 Si qui cum illa protectione coram primo Iudice comparuit, renunciet suæ oppositioni, & in illius iurisdictionem consentiat re integrâ, potest deinde opponere de præuentione facta ab illo Iudice, si alius Iudex præuenit procedere velit.
- 25 Quamuis in certis casibus pars repellatur ab oppositione præuentionis, tamen Iudex pro suo interesse petere potest causam, ad suum tribunal remitti.
- 26 Ampliatur etiam ad Notarios, ut pro suo interesse præuentionis iure in Iudicio uti possint.
- 27 Monitorium Iudiciale differt à monitorio concesso pro rerum occultarum reuelatione, & citationis loco est.
- 28 Monitorium non afficit nisi fuerit seruata forma in eo contentâ, executioni demandatum.
- 29 Numcius curiæ, referens se executioni litteras, vel monitorium demandasse, cum clausulas ut supra, nulliter procedat, nisi formam suæ commissionis obseruauerit.
- 30 Non inducitur præuentionis causa ex monitorio, nisi illud fuerit iudicialiter in termino reproductum.
- 31 Monitoria debent continere clausulam iustificati-

uam, Et si senseris te grauatum, & resoluuntur in simplicem citationem.

- 32 Monitorium, quando non inducat præuentionem.
- 33 In questione attentatorum, lis dicitur introducta quoad actorem, ut nihil attentare possit in præiudicium litis, ex monitorio, quamuis nondum executioni demandato.
- 34 Ad effectum præuentionis requiritur executio monitorij. Et quæ sit ratio differentie inter attentatorem & præuentionem.
- 35 Actor non attentat si post obtentum monitorium, & antequam ad alios actus procedat, re integrâ monitorio renunciat.



X iis quæ dicta sunt capite præcedenti, non leue resultat dubium; utrum, & quibus in casibus reus qui fuit contumax coram primo Iudice, & eius contumacia fuit legitimè accusata, possit deinde opponere coram Iudice, coram quo citatur, exceptionem causæ in alio tribumali præuentæ, quando paratus est purgare contumaciam, & expensas reficere. Et quid dicendum sit in actore qui alium citari curauit, & in termino citationis minimè comparuit.

Quæstionem istam tractant DD. in l. quamuis, ff. de damn. inf. ubi varij casus abeunt in sententias. Quidam enim duos casus constituunt. Primus est, quando per contumaciam rei citati, ius actoris non fuit factum deterius, & hoc casu dicunt reum posse purgare contumaciam relictis expensis, & illâ purgatâ, posse opponere de præuentione. Secundus casus est, quando per contumaciam citati, ius actoris fuit effectum deterius, & hoc casu dicunt reum non posse opponere exceptionem præuentionis, etiam purgatâ contumaciâ. Alij indistinctè reum quantumvis contumacem admittendum existimant, opponentem hanc præuentionis exceptionem. Alij totum contrarium verius esse existimant, nempe reum contumacem, etiam purgatâ contumaciâ ab huius exceptionis propositione remouendum, ut videre est apud Bartol. & DD. Angel. Imol. Castrenf. & Alexandr. in d. l. Quamuis, quam aliqui reponunt sub l. hoc amplius, §. Celsus, eod. tit. Et apud Felin. in c. extenore 16. n. 15. de rescript. & ibi Abb. n. 8.

Sed negotium ad praxim reducendo. Considerari in primis posse videtur diuersitas casuum, qui diuersimodè euenire possunt. Et primò quidem quando Iudex commisit citationem, & illam fieri mandauit, sed citatio non fuit executioni demandata, aut si executioni demandata fuerit, non fuit per actorem reproducta, quia actor non comparuit in termino citationis, & rei contumaciam non accusauit, & hoc casu perinde est, ac si nulla citatio emanasset, & per consequens neque fuit orta præuentionis, quæ saltem exigit, ut interuenerit citatio effectum sortita, & quod non fuerit circumducta, per text. in l. & post edit. 7. 3. §. circumducto, ff. de iud. Quia licet ad effectum perpetuationis sufficiat commissio, seu mandatum de citando, tamen quando agitur de præuentione inducendâ, citatio debet esse executioni demandata, & plenum effectum sortita, cum accusatione contumaciæ rei, prout solent facere boni Procuratores, qui semper rei contumaciam in principio Iudicij allegant, argumento text. in l. Propterandum, §. 1. ibi, contumaciam accusante, c. de iudic. Soc. Senior. conf. 41. n. 3. lib. 1. Farinac. de Inquisit. q. 7. n. 60. Rota part. 6. recentior. decis. 289. n. 11.

Quod

Quod verum est in actibus contentioſe iuriſdictionis; nam in iuriſdictione voluntaria datur præuentio inter iudices per ſolam interpellationem extraiudicialem: Iaf. in l. ſi pluribus, ff. de legat. 1. num. 26. Maſcard. de probat. conſul. 1232. num. 14. Guaz-
 zin. de deſenſion. reor. deſenſ. 1. cap. 59. num. 28. † Et ita intelligendus eſt Gratian. diſcept. forenſ. cap. 639. num. 1. & ſequentibus. Vbi videtur concludere, non eſſe neceſſariam reproductionem citationis: loquitur enim de perpetuatione iuriſdictionis, videlicet ad hoc vt iudex delegatus poſſit in cauſa procedere, ſed non de præuentione quæ ſit in præiudicium alterius tribunalis, de quâ nos agimus. Atque ita locum illum Gratiani intelligendum eſſe monet Rota dicta dec. 289. n. 9. & 10. nec non dicta per Caſtrenſ. in l. ſi quis poſteaquam, 7. num. 4. ſſ. de iud. verſ. non tamen requiritur. † Et idem Gratian. in hac ſententiâ reſidet: diſcept. forenſ. cap. 535. n. 13. & 14. Adeo vt ſtante huiusmodi actoris in termino non comparentis contumacia, nulla lis pendere dicatur: Gratian. ibid. n. 17. & 18. † Et tantus eſt defectus actoris contumacis, & non comparentis in termino, vt iudex non debeat expectare actorem non venientem hora citationis, & tamen reus non comparens, ſit per aliquod tempus per iudicem expectandus vt cum venturus ſit, necne, quia cum actor termino in citatione præfixo conſenſerit, ſibi imputare debet. Reus autem termino non conſenſit: Tiraquell. de retract. conſanguin. § 8. gloſſ. 2. num. 10. Baldus conſil. 268. Factum tale poſt med. libro 1. num. 2.

8. Secunda conſideratio eſt, quando reus fuit contumax, & in termino citationis actor comparuit, & illius contumaciam legitimè accuſauit, & hoc cauſa non eſt querendum vt cum poſſit purgare moram ad impediendum præuentionem, cum per citationem reproductam, quamuis reus fuerit contumax, inducatur præuentio, vt dicunt Soc. & Rota, aliique mox allegati. Poſſet tamen tractari de purgatione contumaciæ, ſi reus aliquas haberet exceptiones declinatorias, veluti exceptionem excluſiuam præuentionis ex illâ citatione inductâ, vt de iudicis incompetentiâ, aut aliam ſimilem, aut etiam, ſi veller opponere de aliâ anteriori præuentione factâ in alio tribunali, ad effectum tales exceptiones opponendi. Loquor etenim de reo contumace, qui vult dicere non fuiſſe inductam præuentionem per actum illius citationis in qua fuit contumax. Si enim prætenderet quod antequam citaretur coram illo iudice iam cauſa erat præuenta coram alio, eſſet cauſa diuerſa & decidenda iuxta ea quæ mox dicemus, numero 15. & ſequentibus.

9. Tertia conſideratio eſt, quando actor fuit contumax, & reus petit ſe ab illa citatione relaxari, & in effectum iudex ipſum relaxauit vsque ad primam citationem, & hoc cauſa, cum illa citatio remaneat ſine effectum & perinde habeatur, ac ſi facta non fuiſſet, certiffimum eſt, nullam inde poſſe oriri præuentionem, vt tradit Afflict. decif. 366. num. 14. Grauat. ad Velt. lib. 4. cap. 1. num. 10. Menoch. conſilio 23. num. 5. & ſequentibus. Dum autem ibidem Menoch. num. 9. dicit idem locum habere quando reus non comparuit, hoc debet intelligi ſi actor non accuſaſſet illius contumaciam eo modo quo mox dictum eſt. Nam reo contumace, & illius contumacia legitimè accuſata, perinde eſt ac ſi comparuiſſet, quoad effectum præuentionis. † Et ratio huius conſuſionis eſt, quia maior eſt contumacia actoris quam rei, Gl. in cap. cauſam quæ in verbo, ad domum, de dolo & contumacia. Si igitur reus videat actorem in termino cita-

tionis non comparere, poteſt iure petere ſe relaxari à citatione, & citatio tunc habebitur pro circumductâ, & pro non factâ: per text. in d. l. & poſt editum. §. quod ſi iſ. ff. de iudic. Abb. in d. cap. cauſam quæ, num. 17. de dolo & contumacia.

Neque hoc cauſa audietur actor ſi dicat ſe fuiſſe impeditum & paratum eſſe purgare contumaciam. Quia aut interim reus coram alio iudice cauſam per poſterioſiorem citationem validam, legitimè præuenit, (quod aliquando euenire poteſt) & tunc fruſtra petitur reſtitutio aduerſus contumaciam, poſtquam reus fuit per primum iudicem relaxatus, & ius illi fuit deinde quaſitum, cauſaque iam ante petitam purgationem moræ præuenta in alio tribunali, vel apud acta alterius Notarij. Aut vero reus poſt obtentam ab illa citatione relaxationem nihil fecit, nec actorem in cauſis licitis præuenit, ſed res eſt adhuc integra, & hoc cauſa fruſtra recurreret actor ad remedium extraiudicium reſtitutionis in integrum, & purgationis contumaciæ, cum illi comperat remedium ordinarium: iuxta l. in cauſa, 17. ff. de minorib. Poteſt enim ſi velit cum res adhuc ſit integrâ quoad præuentionem, procedere ad nouam citationem coram eodem, vel alio iudice ſibi beneuiſo, competente tamen & eo modo cauſam præuenire. Circumducto itaque citationis termino, res hæc eodem modo iudicanda eſt quoad præuentionem perinde ac ſi nulla vnquam citatio facta fuiſſet, cum iudicia non debeant eſſe in pendentia, l. 1. §. 1. ff. de uſur. leg. non quemadmodum, ff. de iudic. † Et licet iuxta cauſa excuſet à contumacia, l. contumacia, ff. de re iudicatâ, non tamen excuſat à circumductione termini: Gaill. lib. 1. obſeruat. 59. num. 2. Præterea ſuper declaratione impediti, vel reſpoſitionis aduerſus contumaciam, neceſſaria eſt citatio rei: vt igitur inutiles circuitus euitentur, conſultius eſt vt actor præuenire volens, nouæ citationis remedio, cum res adhuc integra ſit, vtatur. † Remanet igitur firma cõcluſio, quod ſi in termino citationis reus fuerit in contumaciam actoris relaxatus, citatio pro non factâ haberi debet. Quod etiam locum obtinet, etiam ſi nec actor nec reus compareant, neutro enim comparente, pro non factâ citatio haberi debet: Myſing. centur. 5. obſeruat. 87. n. 3. & 4.

Quarta conſideratio, ſeu quartus cauſus eſt, ſuppoſito quod reus fuerit citatus coram vno iudice, & non comparuerit in termino citationis, accuſataque fuerit contumacia illius per actorem, ſed deinde reus ipſe petat ſe admitti purgatâ contumaciâ dum vult opponere de præuentione illius cauſæ quæ iam erat formata antea coram alio iudice præcedenti. Aut ſi actor reum trahere velit (ſuppoſitione eiufdem cauſus remanente) in præiudicium præuentionis ad eius inſtantiâ factæ ad aliud diuerſum Tribunal, vel apud acta alterius Notarij. Reus autem opponit vtroque cauſu, ſeu altero ipſorum non poſſe cauſam agitari, niſi coram iudice coram quo inſtante actore fuit formata præuentio. † Actor replicat verum eſſe, quod reſpectu rei citatio fuit circumducta, cum ipſe non comparuerit & eâ ratione tacitè conſenſerit, quod citatio habeatur pro non factâ, & per conſequens nulla fuerit quoad reum præuentio d. l. poſt editum 73. §. circumducto, ff. de iudic. Bart. in l. ſepulchris in princ. n. 2. ff. de ſepulch. viol. Alexand. conſil. 23. n. 5. lib. 3. & ibi Addit dicens ita ſeruari in regno Franciæ, Rip. in l. 2. num. 8. ff. de re iudicatâ. Maſſil. ſingul. 239. Idem Alex. in l. de die. §. finali. n. 8. ff. qui ſatisd. cogant. Lancell. de arreſtat. p. 2. cap. 4. limit. 18. n. 1. vnde dubitatur vt cum hoc cauſu purgata contumacia reus poſſit opponere coram

E c Iudice

Sanlegerij de Præuent. Iudic. Pars I I.

Iudice coram quo fuit contumax, de præuentione anteriori coram alio Iudice præoccupante facta, aut etiam de eiusdem Iudicis coram quo eius contumacia fuit accusata præuentione, coram alio, & secundo Iudice, quando actor declararet se recedere ab illa præuentione, & illa nolle vti.

Sane si reus opponeret de præuentione de consensu illius Iudicis, qui causam præoccupasse prætendit, res videretur carere difficultate, quia etiam posito, quod propter suam contumaciam esset exclusus, nec ad illius purgationem admittendus ad effectum opponendi de præuentione alterius Iudicis, vel eiusdem coram quo fuit contumax (de quo tamen mox agemus) tamen propter interesse illius Iudicis, qui causam ad suum tribunal pertinere contendit, audiendus est, & hac de causa admittendus, ad purgationem contumacie: Bart. in d. l. ubi acceptum. num. 3. & ibi Additio. ff. de iudic. littera E, in fine in versio. Item aduerse. Et sequi videtur Tusch. littera C. conclus. 1026. n. 3. volum. 2. Ex se enim solo non posse reum opponere de præuentione illius Iudicis cuius iurisdictionem contemplit, testatur Bart. in d. l. quamvis. num. 8. ff. de damn. infect.

- 15 Sed contra Bartolum insurgit Ang. in d. l. quamvis. num. 1. ff. de damn. infect. quia non prodest hoc casu reo contumacia, qui in ea non ponit suum fundamentum, sed in electione Iudicis, & tribunalis facta per actorem, quæ irrevocabilis videtur, cum per eum accusata fuerit contumacia rei, & Iudici quæ sita iurisdictione, quem ipsemet actor elegit, dicens se non videre quâ ratione reo etiam ex proprio capite ad allegandam præuentionem comparenti, interdicatur facultas purgandi contumaciam, seu moram, ex quo paratus est expensas contumaciales reficere, l. scimus. C. de iudic. l. etsi post tres. ff. si quis cautionib. ¶ Acquisita enim est iurisdictione Iudici quem actor adiuit, contumaciam rei coram eo allegando, l. si quis posteaquam. 7. de iudic. Ideo videtur, quod actor non potest alium adire Iudicem, nisi renunciauerit instantiæ (de qua renunciatione, parte 1. actum est, in cap. 6.) Imò ipsemet Bart. sibi contrarius est. ¶ Quia in d. l. sepulchri, ff. de sepulchr. viol. num. 5. Faceret quod si reus in primo Iudicio compareret, & moram ac contumaciam purgaret tunc exceptionem istam opponere posset, & petere quod causa remitteretur ad Iudicem præuenientem, quia cessarent omnes rationes petite ex contumacia. Interest enim rei, qui iam in alio tribunali citatus est, per alia, & diuersa tribunalia non trahi. Quam Bartoli contrarietatem notauit Additio ad eundem, in l. quamvis. n. 8. ff. de damn. infect. in verbo Primo Iudice. Vnde Abb. in cap. ex tenore, num. 8. de rescriptis, adherendo huic secundæ opinioni, videlicet quod purgata contumacia, reus possit opponere de præuentione alterius tribunalis, dicit, quod si reus fuit contumax in primo Iudicio, & non purgavit contumaciam, non potest opponere in secundo de litispendentia, quia non potest vti beneficio illius instantiæ, ex quo illam non approbavit, non comparando. Vult ergo id sibi licere purgata contumacia, ¶ Ex quo inferre notatu dignam limitationem ad text. in dict. cap. ex tenore, ubi dicitur quod ille, qui contra vnum eundemque aduersarium duo diuersa impetrat rescripta, & illis vti-
16 tur, perdit commodum vtriusque, ¶ videlicet, ut non procedat, quando citatus vigore vnius rescripti, fuit contumax, tunc enim non potest excipere aduersus citationem sibi datam vigore alterius rescripti, cum enim non comparuerit, non potest
20 se fundare in illo actu quem non approbavit. ¶ Sed

tamen hoc intelligendum ex eius mente, ut locum habeat tantum, quando citatus contumaciam non purgavit.

Vnde relictis omnibus disputationibus concludendum est, ut supra, veriore esse Bartoli sententiam in dicta leg. sepulchri, quod scilicet reus præuentionem alterius Iudicis possit coram Iudice præuentione opponere, quamvis fuerit contumax dummodo suam contumaciam legitime purgauerit, quam sequitur Lancellot. de attenti. parte secunda capite quarto limit. 18. numero quinto, Gabriel. lib. 2. tit. de iudic. conclus. 2. numer. 24. & 26. ¶ Idque multo fortius procedere asserit, & bene, quando ex tali contumacia rei, ius actoris non fuit effectum deterius, post Castren. in d. l. quamvis. ff. de damn. infect. quam legit, cum dicto §. Celsus. Et videtur etiam ibidem sequi Alexand. nec non Felin. in dict. cap. ex tenore, de rescriptis. Hanc eandem sententiam tuerent Decius in d. cap. ex tenore, n. 34. Felin. n. 16. Angel. in l. quamvis. num. 1. ff. de damn. infect. Barbo. in l. si quis posteaquam. numer. 186. & sequ. ff. de iudic. Farinac. de Inquis. quæst. 7. num. 55. vers. submitta, Carleual. de iudic. tom. 1. disput. 3. quæst. 7. n. 902. ¶ Et huius rei ratio est evidens, quia purgata contumacia, cessant omnes illius effectus, ut post Alexand. Felin. & Alciatum, tenet Rota, coram Seraphin. de b. 354. num. 13. Poterit ergo reus purgata, & eo modo cessante contumacia, exceptionem præuentionis alterius Iudicis etiâ ex proprio capite allegare. Sed si ageretur de duobus Iudicibus diuersarum Monarchiarum concludendum erit prout supra, c. 32. n. 7. versio. & præmissa.

Præmissis accedit non absimilis controversia de eo qui citatus comparuit quidem coram Iudice citari mandante; sed cum protestatione de non consentiendo in illius iurisdictionem, vel usus est solita illa clausula, quod comparebat citra consensum indebitum, & iurisdictionis aliquam protogationem, nisi si & in quantum de iure ad id teneretur. Quia cum iste sit quodammodo contumax, seu similis contumaci, non potest opponere ex persona sua actori, de præuentione primi Iudicis, cuius iurisdictionem impugnauit, nec ex sua culpa vtilitatem consequi, ut fuit determinatum in Rota, part. 6. recem. dec. 102. n. 2. ¶ Quod sanè verum est si ille reus
24 re integra non renunciauerit suæ protestationi super incompetencia Iudicis citantis. Si enim antequam citatus esset coram secundo Iudice, consensisset in iurisdictionem primi, res esset expedita, quia firmata esset iurisdictione ipsius per consensum vtriusque partis. l. si conuenerit. cum ibi not. ff. de iurisd. omn. iud.

Præterea supradicta procedunt respectu partis, quæ fuit contumax, & non paruit citationi, ideo nisi purgauerit contumaciam secundum veriore sententiam, non potest exceptione præuentionis vti, secus est respectu Iudicis cui ius fuit quæsitum per citationem effectum sortitam, & non circumductam, hic enim pro interesse sui tribunalis suæque iurisdictionis potest petere causam ad se remitti, aut etiam pro eo pars de eius consensu, ita tamen ut si nomine suo compareat, audiri nullo modo possit nisi purgata contumacia, ex notatis per Addit. ad Bartol. in dict. leg. ubi acceptum, num. 3. versio. Item aduerse, ff. de iudic. ¶ Idem dicendum est de notario qui pro suo interesse potest instare ad remissionem causæ, scribente ipso, & in suo tabulatu præuente, cui ius fuit quæsitum per præuentionem, ut diximus parte 1. huius tractatus, cap. 2. num. 3. Ergo illi per rei contumaciam (legitimè tamen accusatam) vel per protestationem de comparando citra iurisdictionis approbationem, cum tamen reuera

Index

Iudex illam haberet, præiudicari non potest quin scribat in causa per eum præuenta.

27 Quæcunque autem de citatione diximus, eodem modo procedunt in monitorio, (non loquor de illo Monitorio quod Iudex Ecclesiasticus concedit ad obtinendam depositionem contra testes, aut alios pro rebus occultis, de cuius materia eruditissimum nuper tractatum edidit admodum R. P. Theophilus Raynaud Societatis I. E. S. V. Theologus, Vir multificus & irreprehensibilis vitæ, amicus meus singularis: sed de eo per quod Iudex monet reum, ut aliquid soluat, faciat, vel à faciendo desistat, de quo Mandos. integrum composuit tractatum, & illud citationi æquiuale reſtat in eodem tractatu, *questio. 17. num. 4.* † Ideo præuentionem inducit dummodo forma in eo præscripta, seruata fuerit in illius executione. Vnde si in Monitorio detur ordo illud significandi primo personaliter si persona apprehendi possit, secundo per dimissionem copie ipsius in domo solite habitationis, factis prius debitis diligentis de reperiendo personam, executio illius etiam si reproductum fuerit cum relatione Nuncij, seu cursoris, non erit valida, nec ex ea produceretur effectus præuentionis, aut litispendentiæ, si illa forma non fuerit seruata: vt per Farinac. *conf. 89. n. 3.*

29 Gratian. *discept. forens. c. 531. num. 75.* † Quod procedit, quamuis post relationem Nuncij dicentis se citasse domi dimissa copia, addatur clausula, *ut supra*, quæ non alterat expressam nullitatem relationis factæ non seruata Monitorij forma, Seraph. *dec. 972. n. 7.* Quia illa clausula videtur potius referenda ad materias in Monitorio contentas, quam ad formam executionis in eo designatam. Et ex huiusmodi Monitoriis non induci præuentionem nec litispendentiæ, quamuis fuerit facta reproductio ipsorum & executionis illorum, nec litem dici inchoatam nisi forma executionis seruata fuerit, verum est, ex *dicta dec. 972.* † Si vero forma illius seruata sit, non sufficit sola executio; sed ulterius requiritur reproductio in actis, ad hoc vt Iudex de sua iurisdictione certus sit: Grat. *discept. forens. c. 539. n. 1. & 531. n. 75. & 535. n. 15.* Et quod constet de legitimo mandato procuratoris, & quod forma decreti interpositi, nisi in fratre, fuerit obseruata, alias non dicitur lis coepta: Gratian. *dicta discept. 531. numero 76.* Cauer. *dec. 483. num. 4.* Rota apud Positum *de manutent. dec. 644. n. 10.* De quibus etiam Monitoriis aliquid tractat idem, *obseruat. 78. dicti tractatus de manutent.* † Et quod monitoria vim habeant citationis, & in eam resoluantur propter clausulam iustificatiuam, quæ in ipsis apponi debet, tradit Ias. in *l. nec quidquam. §. ubi decretum. num. 6. ff. de offic. procons.* Fiunt enim semper iuxta formam consuetam per Alternatiuam, nempe quod reus illi obediat, aut compareat ad allegandas causas cur parere non debeat. † Et si ita Monitorium esset conceptum, vt reus citaretur ad comparandum post factam executionem præcepti, non esset validum, neque liti præuentionem causaret Ludouil. *dec. 105. num. 8. 4. & 9.* Quia ex tali Monitorio minus legitimo, aut non vt decet executioni demandato, non oritur præuentio: Gratian. *discept. forens. cap. 531. numero 77.*

33 Ex quamuis in materia attentatorum lis sufficienter dicatur introducta quoad actorem per solam petitionem Monitorij nondum executioni demandati, ad hoc vt nihil attentare possit, quia quoad ipsum lis ad hunc effectum pendere dicitur, Duran. *dec. Rota 374. num. 7. 392. num. 3. & Burat. dec. 833. num. 1. & 262. num. 2.*

Sanlegerij de Præuent. Iudic. Pars II.

Tamen quoad præuentionem, requiritur executio Monitorij, vt supra dictum est. Et ratio differentiæ est, quia quoad attentata, inspicitur dumtaxat actus per ipsum actorem factus, qui posteaquam Iudicem adiuit, non potest esse ignarus quod ipse Iudex manum causæ apposerit quando citationem decreuit, quod tamen reus ignorat donec citatio ad eius noticiam deuenerit. Sed dum præuentionis questio ventilatur, agitur de communi interesse tam actoris quam reus, imò & ipsius Iudicis ac Notarij in locis ubi adest officiorum & tabularum multitudo, pro vt in præfenti ciuitate Auenionensi, vnde non sufficit ad præuentionem sola obtentio monitorij; sed præterea requiritur actualis illius executio. † Imò nec actor ligatur vlla litispendentiæ si ante executionem Monitorij declarauerit se ab illius petitione & obtentione recedere: Lancelor. *de artem. parte secunda capite 4. numer. 45. & sequentibus.*

CAPUT XLI.

ARGUMENTVM.

De pœnis à iure introductis contra eos, qui post causam coram vno Iudice præuentam, aduersarium trahunt ad alias diuersas Curias, vel Iudices, siue de Iudicibus Delegatis, siue de Ordinariis agatur. De pœnâ amissionis causæ aduersus eum qui aduersarium trahit ad veritum examen. Quod dicatur examen veritum. Quid si re integra illum pœniteat, & quando res dicatur integra ad hunc effectum. Cæpto iudicio executio in Curia Pontificia, vtum possit relicto hoc iudicio fieri noua executio in Curia Regia absque incursu pœnæ. Et quid statuendum sit, si quis elegerit domicilium per contractum in ditione Regia. Vtrum electio domicilij facta per contractum, possit suffragari tertio qui in illo non est nominatus si agat vti creditor contra debitorem sui debitoris. Quæ sit differentia inter actus merè ciuiles, & non merè ciuiles; qualis est electio domicilij. Statutum Auenionis *lib. 1. rubr. 20. art. 6.* quando locum habeat. Qui pendente iurisdictionum contentione vnum ex duobus Iudicibus adire mavult, vtum incidat in pœnas contra trahentes ad diuersos Iudices, seu ad veritum examen, aut etiâ ratione turbatæ iurisdictionis introductas.

SUMMARIUM.

- 1 Qui nouum obinet delegationis causâ rescriptum in præiudicium præuentionis primi Delegati, caret omni commodo rescripti, & processus est nullus, ipseque in expensis condemnandus est.
- 2 Ampliatur hoc vt procedat, tam in actore quam in reo, nouum delegationis rescriptum impetrantibus.

Ec 2

3 Item